



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

II. De priuilegio audiendi sacrum, & sepeliendi tempore interdicti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

centiam suam quoad talem, vel talem vsum iuxta constitutionum præscripta, aut Religionis priuilegia limitare.

6. *Bulla quam meretrix de turpi quaestu sumit, valida ne?*
Ita planè; quia licet turpiter sese gerat peccando non tamen turpiter pretium peccati acquirit.

7. *Quid si ex furto sumatur Bulla? Non valet; quia hanc eleemosynam vult Pontifex ex bonis propriis erogari.*

8. *Quis cit parentem, vel amicum solere quotannis Bullam pro se accipere, potest ne eius frui priuilegiis, antequam certior fiat de Bulla suo nomine accepta: Potest; nec opus ad eum remitti Bullam, ut eius fruatur indultis.*

9. *Quandiu Bulla durat? A publicatione in publicacionem. Quid si post tempus anni elapsum, aliquamque publicationem emissam, duobus aut tribus diebus velim Bulla prelapsa virtute frui? Non repugnarim; parum etiam pro nihilo putatur.*
enim

C A P V T II.

De priuilegio audiendi Sacrum tempore interdicti, & sepeliendi.

10. *Virtute Bullæ possum interdicti tempore Sacrum exaudi- §. 1.
re: rogo, num diebus festis tenear hoc priuilegio uti? Priuile-
gium au-
Existimabam aliquando teneri ac si interdictum non ades-
set, quia cum possum debeo. At crescente Doctorum suffra-
gianti
gio iam affirmo minimè teneri; quia non esset priuilegium,
Sacrum.
sed onus, si ex ipso indulto aliqua exurgeret grauatio.*

11. *Priuilegium de interdicto extenditur ne ad cessationem à diuinis? Minimè; est enim grauissimum Ecclesiæ flagel-
lum, quod expressandum fuisse; vt posset extendi.*

12. *Potest qui Bullam accepit, sepultura Ecclesiastica cum §. 2.
moderata pompa beneficio frui: quidnam per moderatam exe- Priuile-
giarum pompa intelligendum? Dimidietatem solemnitatis gium se-
solitæ exposuerim, iuxta personarum qualitatem, & statum. pultura.
Num circa omnia? Circa omnia quidem, videlicet circa pul-
sanda cymbala, officium canendum, reliquum vero relinquitur
Ordinarij arbitrio, si adfuerit. Ita in Bullis Pij IV. datis
anno 1563. declaratur. Porro circa comitatum ciuium nil
limitandum censeo; nec enim facile aut sanguinis, aut ami-
citiae poterit quis affectum prohibere.*

C A P .